Durantis, Guilelmus: Rationale divinorum officiorum
[Straßburg: Drucker des Iordanus <de Quedlinburgo>], 1483 Seite 522



sancti missio designat̄. Post epistolā di-
cit̄ graduale in quibusdam ecclesijs q̄ꝛ fe
stū pascale terminatū est. Tamē in q̄busdam alijs dicit̄ duplex alleluia. q̄ꝛ spūssā-
ctus datꝰ est gemine stole. Euāgeliū. Si
quis diligit me. ioh. xiiij. c. manifeste est d̄
spiritusancto. Postcōmunio est. Factꝰ
est. act. ij. c. Quare hoc festū celebrat̄ a iu-
deis. ⁊ quare a xp̄ianis dicet̄ in ꝓhemio
septime ꝑtis.

De secunda feria.

Sequitur secunda
feria in qua ostēdit ꝙ nō tantū-
modo data est lex iudeis: sȝ etiā gentibus
Vñ introitꝰ est. Cibauit eos ex adipe fru
menti. i. intelligētia spūali. ⁊ de petra mel
le. i. melliflua doctrina xp̄i qui ē petra sa-
turauit eos. ⁊ hoc habet̄ in ep̄la. Aperiēs
petrꝰ. act. x. c. in qua habet̄ ꝙ adhuc loq̄n
te petro descēdit spūssanctus. Uel frumē
tum xp̄s est. cuiꝰ adeps est spūssanctus.
quo fideles satiant̄ cū spūsancto replent̄
qui etiā satiant̄ melle de petra. i. doctrīa
de xp̄o ꝓcedente in quo sunt oēs thesau
ri sapientie ⁊ sciētie dei. Hic aūt ꝓpter ꝓ-
missiones que ibi ꝯtinent̄ cōcinit̄ quater
alleluia. sicut ⁊ ī feria tercia ⁊ sabbato ex-
ponet̄. De hoc dictum est in tercia dn̄ica
post pasca. Alleluia est. Spūs dn̄i. sap. j.
c. Aliud alleluia est. Loquebant̄. act. ij. c.
Euangeliū vero. ioh. iij. c. nō videt̄ cōue-
nire spirituisancto. sed ꝯcordat ep̄le. Ibi
enī ostendit̄ ꝙ nō tantū iudeis. sȝ etiā gē-
tibus data est lex dicens. Sic deꝰ dilexit
mundū supple nō tantū iudeos. vt filiū
suū vnigenitū daret. Et postea sequitur
Ut omnis qui credat in illū non pereat.
Et nota terribile verbuȝ. ꝙ qui nō credit
in eū iam iudicatꝰ est. Preterea ꝑ hoc ꝙ
de dilectōe mentio fit. spūssanctꝰ q̄ amor
est. satis exprimit̄. Postcōio est. Spūssā-
ctus. ioh. xiiij. c. Et est sciendū ꝙ ꝑ totam
hanc septimanā in missa sunt solēnitates
seruāde. vt gloria ī excelsis. credo. ite mis-
sa est. ⁊ te laudamꝰ. ⁊ alleluia. vt baptisa-
torum saluti ꝯgaudeamus. ⁊ vt future le
ticie plenitudinē figuremus. Postremo
notandū ꝙ dn̄s nō p̄dicauit gentibꝰ per
se sȝ ꝑ ap̄los. Vñ. Ite baptisate eos in no
mine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. sicut ysaac
iuniori filio suo nihil p̄cepit de offerēdo
sibi cibo vt benedictōeȝ accipet. sȝ ꝑ opa-
tionem rebecce primatū benedictōnis ac
cepit. ⁊ q̄ꝛ hec facta sunt dei occulto iudi-
cio. ideo officiū huiꝰ secunde ferie ꝑtinet
ad consiliū. q̄d est donū spūssancti

De tercia feria.

Sequitur tercia fe
ria. Et quia spūssanctus nō dat̄
nisi ꝑ ministros. ideo in tercia feria dicit̄
introitꝰ in ꝑsona prelatoꝝ. Accipite iocū
ditatē glorie vestre. In quo q̄ꝛ ꝑ geminā
dilectōeȝ ad fidē ꝑtingimꝰ trinitatis. ideo
quinquies concinimus alleluia. ⁊ est sen
sus. Accipite iocunditatē glorie. i. spiritū
sanctū qui vos glorificabit ⁊ clarificabit.
vt quisq̄ȝ de se dicere possit q̄d dicitur in
cōmunione. Spiritꝰ qui a patre ꝓcedit
ille me clarificabit. Sequit̄ epistola. Cuȝ
audissent apostoli. actuū. viij. vbi sequit̄
Tunc imponebāt manus super illos et
accipiebant spiritumsanctū. q̄ꝛ in imposi
tione manus dabant spiritumsanctum.
Euangeliū. ioh. x. c. cōcordat epistole vbi
dicitur. Qui nō intrat ꝑ hostiū ⁊c. Non
enī intrat in ecclesiā qui non intrat ꝑ eos
qui sunt hostiū. s. per christū ⁊ apostolos
Nam heretici non dant spiritumsanctū
nisi inquantū ꝯueniunt cum ecclesia. Et
quoniā apostoli ⁊ eoꝝ successores heresi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-121/0522
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG